Quelle: https://manuscripta.at/?ID=37192
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



151

signo appareat. non tamen de verbo gravi. sed etiam de levi et
levissimo intelligi debet. et ideo ita exagerat exprimendo
cum dicit. In aliquo qualicumque verbo. quasi non sufficeret dicere
solum verbo. sed dicit. In aliquo. Et quasi non satis in aliquo
verbo. addidit. qualicumque. ut in expressione cohibitionis
magis intelligatur transgressio. et mali murmu-
rationis quantitas. Dixerat autem non solum verbo.
sed addidit prohibendo de omni signo. cum dicit. vel signo.
Mutatio namque faciei. aut elongatio consuete fami-
liaritatis. sive subtractio reverentie consuete. ma-
gnum potest de turbida mente indicium demonstrare. Quod autem
dicit appareat. exterius indicat verbum. vel signum. aut quemlibet actum.

Quod si deprehensus fuerit. districtiori disciplinae subdatur

Quod si etc. Quamquam ponat istud districtiori. non debet
intelligere erga omnem culpam. sed ista districtio debet esse
maior exageratio culpe. in correctione secreta. et gra-
vior in correctione publica quam esset pro aliis culpis.
Item districtior poterit esse disciplina si unam ad
monitionem superior preter mittat. cum duas debet facere sec-
tas. Poterit autem auctoritate huius capituli esse contentus una se-
creta. una publica. sed tamen istud non debet iudicari.
sed gravioris culpas. sed erit in modo levioris culpe
procedendum. De septimanariis coquinae

Ordo agendi prima facie impertinens videretur.
sed qui bene attendit quod superius dixit. necessaria prout
cuique expedit dividenda. et circa divisiones necessarium